

CLEMENS PP. XIV.

Venerabilis Pater, seu Dilecte Filii Salutem, et Apostolicam Benedictionem. Exponit Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii Communitas, et Homines Oppidi Civit. nuncupat. Hadzicioro istius Diocesis
Uladialavien, quod scrupulo continuis eos trahunt ob publicam famam dudum lata excommunicationis sententia ab Apostolica Sac. Sta. sedo super Oppidum Civit. nuncupat. predicta. Licet vero Exponentes
p̄i diligens examen adhiberint, nihilominus minimè invenire certo potuerunt causam, propter quam sententia excommunicationis adversus dictum Oppidum, seu Civitatem lata fuerit; solo tamen rumore,
et traditione ab immemorabili tempore non interrupta, ita perturbatur fama, et conscientia eorumdem Exponentium, ut Populus praesertim rudis traditionis huius describat omnia infortunia, et in-
felicitates, quae eidem Oppido, seu Civitati saepe numero superveniunt: Hinc dicti Exponentes Benedictionem sibi, et, quatenus opus sit, absolutionem pro majori conscientiarum suarum quiete, et securitate
per Nos impetrari plurimum desiderant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur
ipros Exponentes specialibus favoribus, et gratiis protegi volentes, et eorum singulas personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiarum sententiis, censuris, et poenis a
jure, vel ab hominibus quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet indatae existunt, ad effectum praerentium dumtaxat consequendum, Sacram serie absolventes, et absolutas fore censentes
in quavis supplicationibus inclinatis, Fraternalitati tuae Pater Episcopo, seu Discretioni tuae Filii officialis per praesentes committimus, et mandamus, ut indices eidem Communitati, et Homines praedictis tri-
duano generali jejunio, et facta aliqua Processione arbitrio tuo indicenda, et injuncta eis, et cuilibet ipsorum poenitentia salutari, eorum quemlibet, qui id humiliter petierit, tam pro se, quam pro suis de-
functis a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiarum censuris, et poenis, si quibus occasione praemissorum indatae remanent, auctoritate apostolica in utroque foro absolvas, et
totaliter liberes, seu per idoneos Sacerdotes absolvi, et totaliter liberari mandes, illaque eis gratiorum remittas, et condones; necnon omnem indabilitatem, et infamiam maculam, sive notam ex iisdem pra-
missis quomodolibet insurgentem ab eis penitus aboleas, ac ipsos in pristinum, et eum, in quo ante praemissa erant statum quo ad omnia restituas, reponas, et plenarie reintegres. Non obstanti-
bus Constitutionibus, et Ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xxviii. Martii MDCCLXXIV.

Lorhy

Nostrum

Annus

Quinto

Hadzicioro

Venerabili Fratri Episcopo Vladislaviensi, seu Di-
recto Filio eius Officiali.

Antonius Casimirus de Ostrow Ostrowski Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Vladislaviensis et Pomeraniae.

Universis et singulis quorum interest, aut quomodolibet interesse poterit, praesertim vero Religioso et Rudo in Christo Patri Ordinis S. Francisci Conventuali^m Conventus Radziejoviensis
Guardiano significamus, et ad notitiam publicam deducimus praesentatas nobis fuisse et esse intro contentas Literas Apostolicas sub Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem
Die 20 mensis Martii anno regnantis ad hanc Communitatis Civitatis Radziejoviensis Diocesis Nostre in ordine obtinenda Absolutionis à quibusvis poenis et Censuris Ecclesiasticis, in Forma
Brevis expositas sanas, salvas, nec in aliqua parte lesas nulli^q suspicioni obnoxias; prout quatenus executioni remanere queant, Populus loci illius De^o Omnipotentis Gratia consequi mereat, et à dictis poenis
Censuris, si quibus forsan innoxias liberari, facultatem potestatem^q damus et concedimus, requirentes supra praefatum dicti Conventus Guardianum, quem in executionem praesentium delegamus, eligimusque specialiter
ut receptis hinc Literis Positis ad Divina adieunda congregato intro contentum Breve Apostolicum subleget, intimet, Valens Ecclesiam affigat, ac tandem à tenorem ejusdem Devotionem instituat, et
inducto eidem Communitati triduano Sepenio à die Decima mensis Martii anni praesentis inclusive inspicendo, die 13 ejusdem publicam Processionem cum Cruce ad Ecclesiam Parochialem ejusdem loci
faciat, decantando quoque Psalmos et Orationes approbatas hinc, Penitentiam conformes arbitrio suo selectas, Praesens sacrificium cum Coniunctione in sua Ecclesia celebret, vel celebrare faciat, curatis
denique per se, seu designatos sibi bene visos Presbyteros, quibusvis hominibus dictae Communitatis utriusque sexus injuncta eis, et cuilibet ipsorum Penitentia salutari, quemlibet illorum, qui ad humiliter
petierit, tam pro se, quam pro suis Defunctis, à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, Interdicti, aliisq^{ue} Ecclesiasticis Censuris et poenis, si quibus innodati remanent, Auctoritate Apostolica
in utroque Foro absolvat, nec non omnem inhabilitatem, et infamiae maculam ab eis penitus abolet, ac ipsos in pristinum statum restituat. In quorum fidem et Datum Varaviae 20. mensis Septembris 1774.

Antonius Episcopus